UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrvm Sanctvarivm Crvcis Et Patientiae Crvcifixorvm Et Crvciferorvm

Bivero, Pedro de

Antverpiæ, M.DC.XXXIV.

Einleitung

urn:nbn:de:hbz:466:1-47616

Visual Library

Secundum menſuram regulæ Patientiæ
Septem verba Chriſti morientis.

EXTREMA verba, quæ languentes & morientes locuti ſunt viri ſancti in omnibus & ſingulis imaginibus Sanctuarij, oracula ſunt languentibus ac morientibus; ſeptem autem verba, quæ affixus crucis lecto Rex glorioſus pronuntiauit, ſacratiora ſunt oracula, quæ perfecta ac coronata Patientia ſacra Deo ex ore Crucifixi excipit, & excipere in extremis homines patientes docet. Septem ſunt verba *ſecundùm menſuram regulæ*, cuius vel ipſa figura ſeptenarium nume- 2. Cor. 10, 17.

rum efficit. Cultor ergo Sanctuarij extremè labo[rans] & moriens, ſi cupit morti CHRISTI conforma[ri] configurari, monendus eſt, & monetur in hac e[ffi]gie Patientiæ, vt ſeptem oracula CHRISTI mori[en]tis ſibi dicta & data conſideret, vt *quæ deſunt pa[ſſio]nibus* CHRISTI, in corpore ſuo perficiat: Pati[entia] quippe coronata *opus perfectum habebit*, poſtqu[am] deficientis Solis iuſtitiæ ſeptem radiis tacta fuer[it] illuminata.

Coloſ. 1, 24. Iacob. 1, 4.

ORACVLVM I.

Regis glorioſi languentis & morientis.

Lucæ 23, 34.

Pater, dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt.

Diſpoſitio pro mortis conflict. remiſsio iniuriarum.

OPtimum oraculum eſt, cùm quis laborat & ægrotat extremè, componere cum aliis hoſti[bus], vt liber & expeditus cum dira morte decert[et]. Rex, qui non minùs neceſſarium, quàm hoſtem potentem habet, prouocatus ac laceſſitus, ſi poteſt, pacem cum aliis tractat, & agit vt omnes ſuas c[onfe]rat vires in eum, cuius congreſſum & prælium de[t]rectare minimè licet. Hoſtis non minùs neceſſari[um] quàm